



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Art. 3. De Raptu

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**

injuria non fit. Si autem non consentiat, stuprum præter peccatum mortale illiciti concubitus, superaddit malitiam gravem injuriæ virgini illatæ, ratione cujus speciem distinctam luxuriæ constituit. Cum enim integritas claustrum virginalis sit donum summæ æstimationis: gravissimam injuriam & injustitiam committere censetur, qui contra voluntatem Virginis Claustrum virginalis frangit, & si talis deflorator promiserit virgini Matrimonium tenetur eam ducere in foro conscientiæ etsi nulla adesset promissionis probatio: in casu autem quo illam ducere non possit, tenetur ad dotem, secundum æstimationem prudentem, & qualitatem ac divitias personæ quæ promisit.

### Articulus Tertius.

#### *De Raptu.*

**R**aptus est eductio violenta puellæ sive corruptæ sive incorruptæ, à domo Patris vel quasi patris, eo prætextu ut in uxorem habeatur. Dicitur (eductio violenta) quia si libere consentiat & libere cooperetur,

peretur egressui non est Raptus, debet enim ut sit Raptus contra voluntatem educi, & talis Raptus est gravissimum peccatum mortale, in rapiente majus fornicatione, quia non tantum ordinatur ad illicitum concubitus, sed ad violentum & ex circumstantiis coactum, vel ad Matrimonium contra liberam voluntatem.

## Articulus Quartus.

### *De Incestu.*

**I**Ncestus est concubitus illicitus, cum Consanguinea vel affine, usque ad quartum gradum consanguinitatis vel affinitatis, estque gravissimum peccatum mortale. Quod constat ex *S. Gregor: Epist: ad felicem Episcop: 25. q. 3. c. nec eam*: ubi sic: *Nec eam quarum aliquis ex propria consanguinitate conjugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculavit, in conjugem ducere, ulli profecto licet Christianorum aut licebit, quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis Deo & cunctis hominibus.*

Y

2. Pe-